



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

Epistola Dedicatoria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74452)





ILLUSTRISSIMO ET SUMMO VIRO

C A R O L O

E X

COMITIBUS DE BASCHIO, MILITI,

MARCHIONI DE ALBASSIO,

BARONI DE CASTLARIO, DOMINO JUNACII,

GAVERNARUM, S. NAZARII MARISSANICARUM,

TURRIS DE ANGLARIA, &c. &c. &c.

ANDREAS CHEVALIER, &

MARCUS-MICHAEL BOUSQUET cum SOCIIS.

S. P. D.

*Opus istud eximium quam plurima exempla-  
ria complectens Historiæ ornandæ necessaria tanto*

*Bullari Romani Continuatio Pars III.*

\* 2

*di-*



## EPISTOLA

*dicatum oportuit Viro, cujus nec recentis, nec veteris ulla quidem minima Historiæ pars mentem fugit; cujusque fama mori immerita semper in Historiis superstes erit.*

*Mirabitur forsân popularis aura cum in prima hujusce Libri frontè, insigne quoddam nomen Ecclesiæ Romanæ Principis non viderit; verum Mirationi jucundior succedet voluptas, Ecclesiæ Præsuli suffectum cernendo Militarem Virum qui & insigni prosapiâ, & altâ Eruditione, & integrâ morum puritate, Clarioribus Ecclesiæ Principibus, Socius, ne dicam superior exstat.*

*Tanto igitur fultam patrocínio seriem istam BULLARII ROMANI proferre in lucem parerat, ut nostri in Te studii, animique devinctissimi perenne testimonium perstaret.*

*Communi gloriatur Patriâ cum illustri COMITUM DE BASCHIO genere, quorum virtutes eximie unâ cum illorum sanguine æternis TE dignum præconiis Virum efformârunt: Variis prætextitur Summorum Pontificum Scriptis quibus Majores TUI æquè chari ac venerandi fuerunt: Multa in se habet monumenta eadem ac in Historia, quæ TUI acies ingenii læctione assiduâ, nec non labore improbo, licèt antiqua, recentia exhibet.*

*Nec ea quæ TE tulit Patria magnis quibus abundat deliciis, nec ea quæ TE educavit Familia segmentatis dormientem cunis, nec ea quæ*  
TE.



## DEDICATORIA.

*TECUM* vixit *Sociorum* mollities, *TUAM* *Historiæ* discendæ tenacem cupidinem quaterere valuit.

*Domuisti Patriæ* delicias *Socratis* facta legendo, *Familiæ* fortunas, *Catonis* facta perpendendo, *Sociorum* illecebras, *TE* totum *Historiæ* totius studio tradendo. Hæc *TUA* sola fuit cura, hæc *TUA* sola voluptas fuit.

Inde tantus *Historiæ* *TUUS* utilis labor, inde tantum *Occitaniæ* *Historicis* opportunum conlatum auxilium. Narrabunt ipsorum *Scripta* quanta in *TE* exquisita monumenta *Historia* habeat, & quantus illorum ergò fuit *Magnificus* *TUUS* & mansuetus animus. Nos verò ne *Magna* exiguis videamur attenuare verbis, quæ de *TE* fama narrat, & narratura est libenti excipimus animo, felices nimium hacce uti occasione, ut cunctis sit notum quantâ cum reverentiâ *TIBI* sumus *Devinctissimi*.

PRÆFA.



DEDICATORIA

TECUM omnia Sectionum molliter, TUAM

Historia deservenda tenentem cupiditatem equitatis

ostendit.

Digniss. Patrie deliciae Seneca, Jac. Legendus,

Familiae fortunae, Ceteris, Jac. Legendus,

Sectionum thesaurus, TE totius Historiae totius

facile tractanda. Haec TUA sola sua cura, hac

TUA sola voluitur fuit.

Laus tantum Historiae TUUS nisi labor,

de tantum Occidentis Historiae: opportunum con-

stitutum maxime. Narrandum igitur scripta quam

ta in TE expressis monumentis Hispania habet.

Et quare illorum ergo sui Magnificus TUUS

et manifestus animus. Hoc vero in Magna

causis videtur maxime videtur, quae de TE

fama narrat, et narrata de libris scriptur

animis. Felices nimis haec est occasio, ut

cunctis se notum quibus, cum venimus, TUE